



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Vtrum obligatio iuramenti ita sit personalis, vt nullo modo transeat ad  
hæredes, vel successores. Punct. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

nes retardantur à deponendo penes publicos depositarios timore litium, & compensationum; neve solutio debita Regi differatur. Seculso autem hoc particulari privilegio tam in deposito, quam in debito regio vti posses compensatione, vt regete Molina *supra*.

Ad quartum respondeo; non posse, iurantem solvere vsum, vti compensatione in illis solvendis; quo visque usurarius sit debitor, vt in arguento insinuatur. Non est autem debitor quo visque accipiat. Cum vero vrges datis quinquaginta ex centum vlariorum promissis: tum vlariorus est debitor quinquaginta. Ergo potero retinere alia quinquaginta in compensationem. Respondeo: nequaquam esse concedendum eo quod in hoc Iuramento vlariorum; quia est de re non debita, exclusa videtur quælibet compensatio cum illo debito iniusto. Alias fere nullius effectus est, tale Iuramentum. Major autem est dubitatio, an sic iurans solvere vsum, vti possit compensatione: si vlariorus aliunde est debitor? Negat Sotus lib. 8. de iustitia, quæst. 1. artic. 7. circa solutionem ad 3. vers. foris. Sayro in clavi Regia lib. 5. cap. 6. n. 15. fine, & Suarez tomo. 2. de Religione lib. 2. de Iuramento cap. 37. num. 12. in eandem sententiam propendet. Mouentur, quia munitarii non iurant transire vlariorum dominium feci illarum traditionem. In remissione autem debiti nulla est traditio, sed remittitur, quod est iam traditum: Ergo non satisfacit Iuramento. Nihilominus Molin. dicta disp. 500. pag. 2010. vti ad confirmationem, & Sanchez lib. 3. in Decalog. cap. 11. num. 11. Affirmant & bene, vti posse compensatione sic iurantem. Nam illa remissio debiti, licet non sit materialis traditio; est tamen moralis traditio, & solutio vlariorum. Censeri ergo per illam debet tali debito satisfactum, si enim (v. bene Sanchez *supra*) debito inesse contracto hac compensatione fit sat; cur ergo debitor iniustum poriori priuilegio gaudere debet.

Refat notandum; compensationem non in omnibus debitis locum habet; sed solum in illis rebus, quæ functionem suscipiunt; quæque ex parte virtutisq; sunt eiusdem rationis, & speciei, qualiter valoris, & bonitatis. Ut ex his, quæ nat. Panormitanus in c. bona fides de deposito, n. vlt. & Greg. Lop. leg. 1. 16. 14. partita 5. & Molin. disp. illa 560 pag. 2012. est per p. cuum. Vide si tibi debeo tres modios triticum indeterminatos, & tu mihi tantum debes; possum vti compensatione; secū si ego triticum, & tu oleum, aut pecuniam. Quia non sunt eiusdem rationis & speciei. Non enim iustum est, te cogi acceptare pecuniam, aut oleum, quod debes; pro tritico, quod ego debeo. Alijs posset debitor triticum satisfacere, reddendo oleum, aut pecuniam quod est absurdum. Verum est in his rebus diversæ specie locum non sit compensatione; est tamen locus retentioni; donec debita pecunia solvatur. Ut expressè traditur in leg. si non sorsim & si centum ff. de conditionibus indebiti, ibi Ager autem retinebatur, donec debita pecunia solvatur. Et ita tradit Panormitanus ibi num. 8. Molin. dicta disp. 560 pag. 2013. Et tunc si exigis a me tunc cum tibi debitus; ego vti possum remedium reconventionis; ut mihi solvas pecuniam debitam. Et neque censore perius in non solvendo, quo visque tu paratus es cum effectu solvere, haberem in Iuramentum solvendi, hanc tacitam à iure condicione, nisi ex aliquo titulo legitimam exceptionem habeam. Ut probat Suarez lib. 2. de Iuramento c. 37. n. 11. Vide Andreanum Fachineum lib. 11. controveneriarum c. 7.

Aiij itidem sunt casus, in quibus compensatio locum non habet. Ut in debitis ad communem bonum, qualia sunt, quæ debentur ad munitiones, ad fontium, pontiumque constructionem, & ad bella aut in tribum, aut fidei commissum, vt habebut leg. in ea, Cod. de compensationibus & leg. 26. tit. 14. partita 5. & ibi Gloss. aut que debentur aliquid in personam ex condemnatione delicti aduersorum illum commissi. leg. ultima Cod. de compensationibus & leg. 27. tit. 14. partita 5. Et latius tradit Molin. illa disp. 560. circa finem.

## P V N C T V M XI.

Vtrum obligatio Iuramenti ita sit personalis, vt nullomodo transeat ad hæredes vel successores?

## S V M M A R I V M.

1. Ex parte iurantis non extenditur obligatio Iuramenti ad eius successores, bene tamen obligatio contractus.
2. Obligatio promissoris per iniuriam extorta non transit ad hæredes iurantis.
3. Ex parte eius, cui Iuramentum prefatur, transit Iuramentum ego eius hæredes.
4. Explicatur textus in c. finali de foro competenti lib. 6.
5. An relaxatio iuramento ad effectum agendi à iudice Ecclesiastico, posset coram ipso examinari iustitia contractus.

6. Iuramentum firmans contractum non amittit forum laicale tametsi Ecclesiasticum impediatur.
7. Exceptendum est iuramentum soli Deo praesitum vel cum dubium est de obligatione iuramenti, dubium in quam iuris.

D E obligatione Iuramenti in honorem solius Dei facti, quia cum voto coincidit, tractata sequenti agemus. Modo de obligatione Iuramenti, in favorem hominum praestiti, instituitur disputatione, an ad successores extendatur.

I. Dicendum ergo est, ex parte iurantis obligationem contractus. Sic post alios antiquiores Conart. cap. requisiti num. 2. de rebates & cap. quinquagesima de paciis in 6. 1. p. 5. 5. num. 4. Gutier. Authent. Sacramenta puberum, & num. 15. & de iuram. 3. p. cap. 12. num. 7. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 14. num. 19. Matieno lib. 5. recopilationis tit. 12. leg. 3. Gloss. 13. num. 10. Sanchez lib. 3. sum. cap. 13. num. 1. & lib. 4. cap. 15. num. 14. Suarez lib. 2. de Iuramento cap. 3. num. 12. Bonacini. tom. 2. disp. 4. punct. 15. num. 1. Ratio prioris partis nempe obligationis Iuramenti ad hæredes iurantis extendi non posse, est manifesta, quia votum, & Iuramentum esse non potest sine intentione & voluntate & votandi, & iurandi. Sed qui voluntatem & intentionem non habuit iurandi (qualeter non habuerunt successores iurantis) obligari Iuramento non potest. Ergo obligatio Iuramenti ex ratione Iuramenti non extendit ad successores. Secunda pars conclusionis, nempe obligationem contractus ad successores extendi, etiam est clara. Qui haec obligatio fundatur in iure acquisitionis partis, & est obligatio iustitiae, qua ad successores transmititur iuxta Texum in lege necessaria & quod si pendente ff. de periculo & commode rei vendita.

2. Ex hæc ratione infertur obligationem promissionis iniuriosæ extorta, Iuramento firmate, nequaquam ad hæredes iurantis transeat. Quia ex hac promissione nullum ius promissorio acquiritur. Ergo non est vnde iurantis hæredes obligati possint, cum ipsi ex religione Iuramenti non obligantur. Sic Doctores supra relati. Dices ex Iuramento religione obligantur hæredes illius, qui iurauit dare aliquam elemosynam pauperi in honorem Dei, tamen ei pauperi nullum fuit ius acquisitionis. Ergo nullum ius promissorio acquisitionis in promissione fuitur iniuriosæ extorta impeditre non potest hæredum obligationem.

Respondeo Sanchez lib. 3 in Decal. cap. 13. num. 5. Negando

consequientiam, & rationem differentem assignat in eo, quod Deus accepit Iuramentum, de danda elemosyna pauperi,

non solum ob Iuramenti religionem, sed etiam ob vilitatem pauperis, quam acceptationem non prestat in Iuramento in iuris extorta. Non enim accepta hoc Iuramentum quatenus redundat in vilitatem extortensis, sed potius illam vilitatem detestatur. Ceterum est hoc verum sit, difficultatem non solvit. Nam si Deus accepit Iuramentum in vilitatem eius, cui iuratum est, siue non, in utroque casu obligationem religionis in iurante inducit, & nullam aliam. Ergo in utroque casu, vel in neutro ad hæredes iurantis transeat debet obligatio. Dicendum igitur est, hæredes illius, qui elemosynam pauperi iurauit, obligatos esse non ex vi Iuramenti, & ex obligatione religionis, sed ex obligatione iustitiae quia ora est ex auctoritate hæreditatis, iure sic disponente. Ius namque Canonicum, & Civilis non permitit hæredem hæreditatem adire, nisi sub conditione exequendi vota, & Iuramenta defuncti. Argum. cap. licet de voto, & cap. si hæredes de testembris, & explices cap. ex parte de censibus, & clariss ex leg. 2. ff. de pollicitationibus, vbi. Qui decimam partem bonorum vovit, si descelerit ante solutionem; hæredem illius hæreditatem nomine decimus obstruere est. Voti enim obligationem ad hæredem transeat. At nullibi reperitur obligationem Iuramenti per iniuriam extorta ad hæredem transeat, nec sub ea conditione hæreditatem concedi. Ergo non est affirmandum, cum obligatio Iuramenti strictam habeat interpretationem.

3. Si vero sermo sit ex parte eius, cui Iuramentum praestauerit etiam est constans sententia, ad hæredes transeat actionem à defuncto habitam. Sic Doctores num. 1. relati, probataque facili est, primo ex c. veritatis de iure iurando. Vbi Iuramentum fidelitatis extenditur ad successores; etiam illorum non fuerit facta mentio expressa, vt notarit Abbas & ibi Doctores communiter. Secundò ex leg. si patrum gis. de probationibus, Vbi deciditur pacta non cum eius hærede; licet illius expressa mentio non sit; si alio modo non constet contrarium fuisse contrahentium intentionem, vt notarit Suarez lib. 2. de Iuramento cap. 31. num. 14. Vide tam aliquando, id iure exigi Iuramentum nouiter fieri; cum est nouus successor illius, cui factum est. ut in c. longinquitate 1. quæst. 2. vbi professionem suam in conspectu Ecclesie renouare, & in c. 1. § præterea, de probibitione fœdiorum alienatione, & alius relatis à Conart. de patris 1. p. 5. num. 5. vers. 6. Hoc tamen non est, quia illud Iuramentum

DE  
LAST  
PADA  
TOM  
II

ramentum ad successores non extendatur; sed propter nouam recordationem Iuramenti nouamque recordationem fidelitatis & obedientiae: Vnde ipse Couart. in verf. 8. notat non teneri feudatarum renouare Iuramentum, sed solum recognitionem illam feudi domino facere *intra e. veritatis de Iure invando*, ibi minime compellantur.

4. Ex hac generali doctrina inferuntur alii relatis Couart. de pacis 1. p. §. 5. n. 6. Gutierrez. Authentica Sacramenta publica, num. 1. & de Iuram confirmata. 3. p. 12. & n. 4. & Sanch. lib. 3. in Decalog. c. 13. à num. 11. explicationem Textus in e. fin. de foro competenter in 6. vbi deciditur, ratione Iuramenti posse Laicum coram Iudice Ecclesiastico conueniri. Explicit inquam, ut talis decisio locum habeat in iurante, non in eius hæreditibus; eo quod solum iurans religione iuramenti obtinatur. Quod adeò verum est, ut licet morte fuerit lis coram iudice seculari de contractu iurato, possit nihilominus Index Ecclesiasticus adiuri, ut cogat partem & iudicem secularium ad Iuramenti obseruantiam. Neque ei potest obici litis pendentia ut cum Joanne Andrea, Matanya. Gutierrez docet Sanch. d.c. 13. num. 14. Hæres vero iurantur coram iudice Ecclesiastico potest conueniri, si non conueniatur actione orta ex contractu cum prædecessore celebrato, sed conueniatur ex officio iudicis compellentis confeientiam defuncti exonerare. Ad hoc enim officium index Ecclesiasticus Laicus personas compellere potest, iuxta e. à nobis *de sententia excommunicationis*. Ibi, hæc des quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si nominatione praemissa noluerint, per distinctionem Ecclesiasticanam compellantur. Imò etiam contractus iuratus non fuerit, potest vir index Ecclesiasticus, hæredem defuncti cogere ad eius debita, & obligations satisfaciendas. Quia illa actio non procedit ex Iuramento, sed ex officio & obligatione, quam habet index Ecclesiasticus procurandi voluntatem testatoris executioni mandari. Sic Gutierrez. d. cap. 12. num. 7. Sanchez num. 12. Bonacina tom. 2. dis. 4. de Iuramento quæst. 1. punct. 15. num. 4.

5. Sed est dubium; an relaxatio iuramento per iudicem Ecclesiasticum, ad effectum agendi, possit coram ipso litigari de valore contractus? Affirmant Bald. Iason & alij relati a Couart. lib. 1. variarum c. 4. num. 8. & Gutierrez. de Iuram confirmata. 3. p. 12. num. 6. Mouentur: quia iudex causa preparantis est causa preparatae iudex; eo quod unum ex alio sequatur. At iudex Ecclesiasticus est iudex causa preparantis, nempe relaxatio iuramenti. Ergo est iudex, causa preparatae, nempe rescissionis contractus. Contrarium tamen tenendum est cum Couart. & Gutierrez. supra, & Sanch. illo c. 13. num. 15. eo quod Textus in cap. fin. de foro competenter lib. 6. Solum ob obseruantiam Iuramenti concedit, possit Laicum coram iudice Ecclesiastico conueniri. Relaxatio autem Iuramento iam cefsat illius obseruantia, solumque de rescindendo contractu agitur. Ergo solum iudex secularis cognoscere potest; nisi forte contractus ad forum Ecclesiasticum pertineat; qualis est si contraria conueniatur, an sit contractus viroarius, symoniacus, vel illius iugis c. venerabilis electione. Adde si index Ecclesiasticus, eo quod fuerit index causa preparantis, tunc relaxatio iuramenti, possit etiam esse iudex causa preparatae; eadem ratione, & fortiori dicere possumus, non solum iurantem, sed etiam eius heredes possit conueniri coram iudice Ecclesiasticos eo quod iudex sit originis, & causæ, vnde ille contractus vim habuerit scilicet Iuramentum.

6. Tandem adierto, Laicum iurantem, tametsi ratione Iuramenti apud iudicem Ecclesiasticum conueniri posse, non tamen ob id forum suum amittere. Quia Iuramentum non mutat forum sed addit forum fori. Quocirca coram iudice seculari conueniri potest; ac si non iuraret. Sic Gutierrez. alii relatis d. c. 12. num. 5. Sanch. illo c. 13. num. 16. Vnde potest coram iudice seculari de obseruantia Iuramenti tractare, etiam materia feudalis existat. Item cogi potest coram illo ad pacem pertinere. Deinde compellere potest turpe Iuramentum recipientem ut illud relaxet. Sic Gutierrez. supra.

7. Ab hac doctrina excipendum est Iuramentum solum Deo praestitum, de cuius obseruantia solus iudex Ecclesiasticus agere potest, eo quod per tale Iuramentum solum Deo & non homini ius acquiratur. Est enim illa causa omnino spiritualis. Sic Gutierrez. d. c. 12. num. 10. Sanch. c. 13. num. 16. Idem est si dubium esset, an Iuramentum sit obligatorium, vel non? Solum iudex Ecclesiasticus causam definite potest, ut pote omnino spiritualis. Quid enim spiritualius esse potest, quam Iuramentum vires, & obligationem investigare? Sic Abbas e. cum continet de iure iurando, num. 15. Molina de iustitia tom. 1. dis. 149. pag. 84. Sanch. lib. 8. de sponsalibus dis. 32. n. 18. & lib. 3. sum. cap. 13. num. 13.

## P V N C T V M XII.

An Iuramentum per Procuratorem praestari possit?

## S V M M A R I V M.

1. Posse per procuratorem praestari, nisi contrarium iure vel consuetudine cautum sit.
2. Procurator debet habere speciale mandatum ad iurandum, & signata causa.
3. Si ab illo mandatum non obligatur Dominus.
4. Quid in procuratore minoris amplius requiratur.
5. Aliqui sunt casus excepti quibus Iuramentum per procuratorem praestari non potest.

1. P Oſſe Iuramentum per procuratorem praestari, nisi contrarium iure, vel consuetudine cautum sit, constans est Doctorum sententia. Ex Textus in cap. mutuantes 14. quæst. 4. c. tibi domino c. 3. dis. & cap. operatum 100. d. c. 1. §. verum de statu regularium lib. 6. e. ultimo de Iuramento calumni in 6. & aliis. vbi Gloss. & Doctores. Ratio est, quia ad Iuramentum solum requiritur invocatio Dei in teſtim cum intentione. Sed qui per Procuratorem iurat, medio illo invocat Deum intentione (vt ſupponitur.) Ergo eft Iuramentum. Si enim media ſcripura vel nuntio potest actum internum iurandi manifeſtare, cur non media alia perſona? Neque oblat Iuramentum eſſe actionem personalem, & ex illa ſolum iuramentum obligari, nam etiam matrimonium eſſe actionem personalis, & contrahentem ſolum obligat, & nihilominus per procuratorem praefat. Quia procurator non ſuſ nomine, fed nomine alterius contrahit, & iurat. Neque inde fit, procuratorem ſcienter vel sub dubio falſum Iuramentum praefat grantire non peccate, nempe non quia proprieſi penitus, ſed quia Domini perfunio cooperatur. Secundus ſi bona fide procedat. Sanch. lib. 4. in Decalogum cap. 13. n. 26. Bonacina tom. 2. dis. 4. quæſt. 1. quæſt. 20. num. 3.

2. Quapropter ut procurator nomine alterius iurare & valide iure, debet habere speciale mandatum ad iurandum in tali vel tali cauſa; neque ſufficit mandatum generale ad iurandum in quacumque partis cauſa. Quia in Iuramento tam alterius, quam promillio necessario requiritur veritas, quam tefari non potest procurator nomine alterius iurans, niſi ei conſter, mandatum pro certo cam habere; aut ex animo promittere. Vide Francile. Suan. lib. 2. de Iuramento c. 1. num. 6. Requirit mandatum ad iurandum ita ſpeciale, ſicut ad matrimonium contrahendum. Et conſentient Couart. de patiſ. 1. p. §. 5. num. 8. Matieno lib. 5. recipit. it. 10. l. 6. Gloss. num. 15. & latius leg. 8. it. 11. Gloss. 14. num. 2. Iulius Clavius lib. 3. recipit. num. 8. ſequuntur queſt. 49. fine 1. Sanch. lib. 3. sum. 15. n. 19. fin. & alij apud ipſos. Probanque ex e. ultimo de procuratibus in 6. Video tamen placere pluribus, quos referat Couart. loco allegato, ſufficiere procuratori, ut Iuramentum de calamis praeter, habere mandatum generale ad omnes cauſas, & ſpecialis ad iurandum de calamis etiam non exprimatur euſa, ſuper quam Iuramentum praefandum fit. Verum (vriſp. met. Couart. probat) ſufficiere non potest ob ratione dictam. Nam si Dominus in particulari non conſentit, neque cauſam exprimit; qua ratione certus eft procurator, Dominus ſub Iuramento requiritum id fore aſſeretur, ut illius defendebit viſum, nullam de calamia in perfecione illius adſertet. Certè id cognoscere non potest ea certitudine, quæ ad obſtrumentum Dominum Iuramento requiritur.

3. Quod ſi procurator ex ſolo mandato generali, & non ſpeciali circa hanc, vel illam cauſam, Iuramentum praeter, & grauitate peccat, & Dominus obligatus non manet ex vi illius Iuramenti. Quia defuit in Domino conſensus; ſolamque certitudinem ex ratione contractus ob generalē facultatem ad contrahendum; ſi contractus eft alia firmitas ſecundo Iuramento. Alias ſi contractus in ciuiſ ſtrictitudine non eedit, poterit beneficio reſtitutioſis vi. Sic Albertus Authentica Sacra menta peribum num. 6. Antonius Gabr. in communibus opinio. lib. 2. tit. de minoribus concl. 5. num. 21. amplias. 10. Sanch. lib. 3. in Decal. cap. 12. num. 25.

4. Hæc generaliter dicta ſunt; at ſi Procurator nomine minoris contracturus eft, & conſequenter contractum Iuramento firmarurus; debet non ſolum ſpeciale mandatum circa eam ſpecialiter habere; ſed infuper requiritur, ut ipsam commiſſio & inſtituio procuratoris Iuramento firmetur à minore. Alias ſi contractus in ciuiſ ſtrictitudine non eedit, poterit beneficio reſtitutioſis vi. Sic Albertus Authentica Sacra menta peribum num. 6. Antonius Gabr. in communibus opinio. lib. 2. tit. de minoribus concl. 5. num. 21. amplias. 10. Sanch. lib. 3. in Decal. cap. 12. num. 25.

5. Dixi in principio Iuramentum per procuratorem praestari poſſe niſi contratum iure, vel consuetudine cautum fit. Quæſt.